Reuerendo in christo patri fratri humberto magistro ordinis predicatorum frater thomas qui minus quam nomen quod prius non viget nitas nominari Rogatus instantissime a quibusdam familiaribus meis librum de platis et subditis multa sollicitudine et labore conscripsi Iam olim autem librum illum de natura rerum quem multo labore per annos quatuordecim ex diuersis auctoribus utilissime compilaui in quo capitulum de apibus secundum phylosophos aristotilem solinum plinium magnum basilium ambrosium episcopum et iacobum acconensem cum magna consideracione perspexi Cumque formam omnis status hominum et maxime in platis et subditis nec non specialissime morem uiuendi claustralium poterat conspicere

in hoc Hoc ergo capitulum simpliciter et moraliter presumens exponere primum librum de platis secundum de subditis subdiuisis et intitulatis capitulis consummaui Et ubique circa capitulis secundum materiam exempla aptata et appropriata coniunxi que nostris temporibus uel per nostra tempora contigerunt Et ego quidem in pluribus hoc uitaui ut certas ciuitates uel oppida nominata non ponerem in quibus rerum gesta patrata sunt eo quod personis ad huc uiuentibus et fugientibus humane glorie fauorem uerecundiam facere formidarem Et ubique nichil imitari uolenti deperit ut legenti Interdum etiam et dicta plurium in suis diuisis locis A te igitur pater sancte laboris mei studium corrigatur et correctum diuersis domibus fratrum et fratribus uestris rescribendum etiam ordinetur ut in nepotes filiorum semen satum uberius multiplicetur Ego autem in fine libri lectores singulos supplicater deprecabar ut in missa una michi misero subuenirent uel subue-

nisi fuerit de certis hoc unum a vobis pro tanto labore pro summa remuneracione requiro